



320  
20

Z. n. 18.



18. IIIA.

*Q. D. B. V.*  
**AUGUSTA**  
**NATALITIORUM**  
 SOLEMNIA  
*SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI,*  
**DOMINI**  
**CHRISTIANI,**

DUCIS SAXONIÆ, JULIÆ, CLIVIÆ AC MON-  
 TUM, ANGARIÆ ET WESTPHALIÆ, LANDGRAVII THU-  
 RINGIÆ, MARCHIONIS MISNIÆ NEC NON SUPERIORIS  
 ET INFERIORIS LUSATIÆ, COMITIS PRINCIPIS HENNE-  
 BERGÆ, COMITIS MARCÆ, RAVENSBERGÆ ET  
 BARBIÆ, DYNASTÆ RAVENSTEINI

&c. &c. &c.

*PRINCIPIS ET NUTRITORIS NOSTRICLEMEN-*  
*TISSIMI MUNIFICENTISSIMI QVE*

DIE XXIII. FEBRUARII  
 RECURRENTIA  
 SOLENNITERQUE CELEBRANDA  
 INDICIT

ET  
**ADORATIONEM**  
 IN ILLUSTRI AUGUSTEI AUDITORIO MAJORI

D. XXIV. FEBRUARII H. L. Q. C.  
AUDIENDAM

ILLUSTRES AULÆ SERENISSIMÆ MINISTROS  
 UTRIUSQUE REIPUBL. PROCERES LITERARUMQVE  
 FAUTORES NEC NON ILL. AUGUSTEI CIVES  
 OBSERVANTISSIME AMANTISSIMEQVE  
 INVITAT

**M. CHRISTIANUS REINECCIVS,**  
 SS. THEOLOG. BACC. ILL. AUG. RESTOR ET P.P.



Illa Natalitia nobis innouare publice & solenniter celebrata, quae antiquitate sua antecedent illa Pharaonis Regis Aegyptii Natalitia à Moses Scriptore omnium antiquissimo & Georgio literis prodata. Gen. XL. 10. 21. 22.  
 יהוָה בְּמִן תְּלִישֵׁ וְתַּחֲזֵקְתָּ מִשְׁתָּחֹת לְבָל עֲבֹרִי וְאֶשְׁתָּרָאשָׁר חַטְבָּקָם וְאֶזְרָאֵל בְּחַדְעָרוֹן וְשָׁב אֶת שְׁחָקָם עַל כְּפָר פְּדָעָה וְזַהֲבָה כְּבָשָׂר הַמֶּלֶךְ i.e. ex Schmidii interpretatione: cum ergo die tertio Dies Nativitatis esset Pharaonis, feuit con-  
 vivium omnibus fidelis suis, unde exultis caput principis pincernarum & caput principis pistorum in medio servorum suorum, ut restitueris principem pincernarum super pincernas suos, dederitque scyphum super manus Pharaonis. Principem autem pistorum suspenderit, facit interpretatus ipse erat Josephus. In quibus omnium primum est nomen, quo Natalitus dies h. l. indicatur, לְלֹרֶת יְמִינֵי נַסְעֵי i.e. dies nativitatis. Est enim ex r. Jobi genuit vel peperit. In historia Jobi simpliciter nominatur יְמִינֵי Jobi, i. & forte etiam cap. l. 4. dies quasi nat. יְמִינֵי dictus dies cuiusque suis. Ut ut enim sint, qui illos filiorum Jobi dies hebdomadiarios in circulo recurrentes fuisse arbitrantur, non tamen hoc videantur convenisse pietati Jobi & filiorum ejus, quos in continuis hebdomadiariis conviviis sic vixisse putandrum non est: Sed anniversarius dies portius natalis intelligitur, qui Jobo simplici die sui appellatione venit c. 3, l. 1, quod versus subsequens clare satis probat, in quo declaratur ille ipse dies בְּיַמִּים אַלְמָנָה יְמִינֵי dies in quo natus sum. Sic etiam exprimitur Jeremias dies in quo natus sum. Jer. 20, 14. Versiones horum locorum Orientales facile mitto, neque in congerendis Gracis & Latinis appellationibus diei Natalis prolixus esse cupio, cum haec passim obvia sint, tum de virtute hujus initis, tum de initis regnum & urbium aliarumque rerum, que sub natalitorum nomine recoluntur & celebrantur. Potius hoc in Natalitiis his Regis Aegyptii animadverto, antiquitatem hujus solennitatis Natalitorum, quantum ex publicis monumentis constat, non cripendum esse Aegyptis, nec tamen etiam leviter negandum, antiquiori origine alias gentes & populos ipsosque Hebreos natalium dicunt rationem habuisse, ut illos festos facerent. Si enim Isaaci ablactationis dies Gen. 21, 8. celebratus solenniter fuit, quis valde dubitet de natalitorum solennitate, licet haec annotata in Mose non legatur, nec antiquiora etiam monumenta habeamus. Illud saltem per Natalitiam Pharaonis certum est, primam originem harum solennitatum Persia tribui non posse, sicuti illos, à quibus mos iste feriandorum Natalitorum ad alias gentes traductus sit, tanquam antiquissimos nominavit Polydorus Virgilius lib. 4. Nam licet de Persis, quod has solennitates Natales amaverint, testis sit etiam Plato 1. in Alcibiade, tamen ante Persas Medi Asia imperarunt, & ab illis idem factum esse testatur Xenophontus.

phot.

*phon* l. 1. de Cyropædia, & ante utrosq; qvì à Polydoro Virgilio nominari; primo loco des-  
buissent, Ægyptii fuerunt. Ab his enim ad alias gentes æque, ut alia multa traducta  
sunt, transire hic quoque mos potuit, & ad ipsos etiam Græcos, indeq; ad Romanos &  
alias populos. An vero Hebrei ab Ægyptis aut Persis, quod scribit *Retus*. T. 2. Op.  
p. 67., & non potius Ægyptii ab Hebreis hunc morem acceperint, non nultum dispu-  
tabimus, defitum monumentis antiquorum, quibus definiri hoc unice certoq; possit.  
Neque dicere accurate possumus, quibus ceremoniis olim Natalitorum solennitas fu-  
erit circumscripta, cum, qvæ Mōses recensuit, tantum pro data occasione dicta sint, qvæ  
vero in Profanis scriptoribus reperimus, pro varietate gentium observata varie videatur  
atq; cum tempore jam adacta esse jam & immunita. Dubium vero nullū est, qvæ *Sa-*  
*crorum* ratio & votorum nuncupatio prima fuerit & potissima, quam deinceps signa pie-  
tatis & latitiae alia se fusa sunt. Vid. *Censorinus* lib. de Die Natali, *Alexander* ab *Alexandro*  
lib. 6. *Dierum Natalium*, *Mart.* de *Roa* in Sing. Loc. I. 6. de die Natali, *G. Stuckius*  
in *Antiq. Conviv.*, nec non *Cloudenus* diff. de Ritu Veterum Natalitio. *Joach. Hilde-*  
*brandus* tr. de *Natalitio Veterum*. &c.

Et licet hæc apud Gentiles nunquam sine superstitione, forte & luxu fuerint peracta:  
nihil tamen est, quod in extera facie hujus historiae Pharaonis valde nobis reprehenden-  
dum sit, ipseque ritus celebrandi Natalitia vitio non tantum carere potest, sed et, si Deo  
decenser pro beneficio humanae conceptionis, bene formati corporis humani & fortu-  
natæ nativitatis agantur gratia, laudem meretur & commendationem. Neque letitiae  
signa, si intra decorum & quod Christianum maxime decet, continentur, Natalitia ex-  
ponere debent vituperiis. Quod enim Convivium à Pharaone apparatum attinet, com-  
ponamus illud, si licet, cum magnifico illo convivio *Abbaschirofchi*, eoque ipso forte  
natali, de quo hæc leguntur Esth. 1, 7 & 8.  
וְשָׁמַר כָּל יְמֵינֶךָ וְכָל שָׁנֵי זִוִּין  
מִבְּרִית רַב בְּרוֹת לְשֻׁוּות  
כִּי יְדֵךְ עַל כָּל רַבָּתֶךָ : וְשִׁירָה כָּתָה אֲנָשָׁן אֲשֶׁר  
כָּרַצְתָּ אֲשֶׁר אָשָׁא שָׁמַר  
delectamur versione B. *Lutheri* nostri: Und das Getränk trug  
man in güldenen Gefäßen, und immer andern und andern Gefäßen, und Kö-  
niglichen Wein die Menge, wie denn der König vermochte. Und man setzte  
niemand, was er trinken sollte, denn der König hatte allen Vorlebtern in seinem  
Hause befobten, daß ein jeglicher sollte thun, wie es ihm wolleßiel. Hæc temperantie  
leges, quibus ad nimium portum nemo urgeri debuit, sed cuique decora libertas relicta  
fuit, si in Pharaonis convivio natali etiam servata fuerunt, nihil erit, quod hoc in passu  
quis desideret. Sic recensio Ministeriorum in Domo Regia omni vacare culpa potuit. Ver-  
ba sunt *תְּנִשְׁאָן תְּנִשְׁאָן שְׁרָאָן שְׁרָאָן* בְּתַרְךְ שְׁרָאָן שְׁרָאָן  
Vis phrasenos ab Interpretibus pluribus minus commode h.l. & v. 13. exponitur, sive de  
dignitate, ad quam evchulant, sive de hilaritate, ad quam erigantur; neque Græci LXX  
Interpretes vertendo: καὶ ἐμνῶν τὴς ἀρχῆς et recordatus εἰς ministerii seu principa-  
tus; emphasis Hebraeam exhaustiunt, qvæ singulari in recessioni & enumerationi cuiusq;  
capitis propria est, in qua olim quisque vocatus suum caput ergere & presentem se  
esse illa elevatione capitatis testari debuit. Vid. Exod. 30, 11. Num. 1, 2. cap. 31, 26. Nec  
de enumeratione confusa dicitur, sed ubi viri distincte denominantur & discernuntur.  
Conf. *Guselius* in Comment. L. H. p. 769. Finis vero recensionis Ministeriorum in fo-  
lennitate Natalitorum regia fuisse puratur, ut omnes essent præsentes & corpore & ani-  
mo & votis, & comparerent in convivio, & clementia & beneficis regii fruerentur.  
Nam hoc Die Natali Clementia & Beneficentia signa & dona dare solebant Veteres lar-  
gisime & accipiebant hilarissime, nihilque magis cupiebant, quam ut dies hic transi-  
geretur latissime. Hoc Clementia Regia signum datum quoque fuit *Αρχιον κέρας*  
*Prefecto Pincernarum*, postquam ejus nomen fuit recentitum, ejusque peccati ratio de-  
prehensa levior, ipseque Clementia hac Regia, ut liberaretur ex carcere & pristino of-  
ficio restitueretur judicatus non indignus. Alter vero regius minister in hac facta re-  
cen-

cenſione & convocatione Ministrorum pro culpa ſuā ratione vocatus per Iuſtitiam Re-  
giā poenam dare debuit,, ſe. Prefectus live Piſtorum live Coqporum, nam verbum רְבָנָה significat coxit, ſed de coctionibus ex farina factis legitur & cum סַלְתָּה & בְּרִית conjungitur, nunquam vero cum expreſſa carnium mentione occurrit, præterea etiam רְבָנָה אֶלְכָּת distinguitur 1. Sam. 8,14., niſi forte diſtingui dixeris, ut coquum à laniōne & maſtatore, ſi modo רְבָנָה coquum in genere notat, qvod tamen probari ſatis non potest. Attrauen & Piſtorum אֶלְכָּת ſeu contundendo fruges dictorum alia olim ſuntio ſuit, quam, adinventis molis, hodie eſt, atque alia etiam eorum, qui dicuntur בְּרִית Coṭores ſeu Coqpi. Ceterum ſicut illa Lætitia, Clementia & Iuſtitia regia documenta in Rege Agyptiorum Pharaone nequitigam viuperanda ſunt: ita eadem in Christianorum Natalitiis & in präſenti Natali CHRISTIANI, Serenifimi Principis ac Nutricii noſtri Clementissimi laudanda magis ſunt. Et læta hac Dies nos quoque noſtri commonere debet officii, pietatis & oblieqvi, ut in lætitiam & vota precesque pie effundamur. Atque hoc fieri in illi. Auguſteo noſtro. Agite igitur quod-  
quod via veneratione hunc Diem Principis noſtri proſeqvimini, ejusque Lætitia ac Clementia participes eſſe vultis, adeſtoſe präſentes & anima & corpore, precibus & votis elevotis. De Principiis clementissima Voluntate non eſt qvod dubitemus, quin Ipſe clementissime velit, ut ubi Ipſe ſit Clementissima Praſentia, ſint quoque Miniftri eius präſentes, & AUGUST EUM, qvod SERENISSIMO PRINCIPI in deliciis eſt, Proceribus quoque hoc in honore habeatur, ut hoc Die Auguſtissimo Natali Votis publicis ipſi etiam interſint. Recenſut Pharaon Natali die fuos Miniftros, ſed in Clementia multo majori hoc expectandum eſt à Principe Christiano, qyem in his Natalitiis occaſione effati ſuntur. Antiquorū: Christiani non naſcuntur, ſed fūnt; NATUM FA-  
CTUMQUE CHRISTIANUM declarabimus & prädicabimus, Deumque implorabimus, ut hunc nobis CHRISTIANUM Principem ſervet & ſospiter. Qapropter Illustres Aula Serenifime Miniftros & utrinque Reip. Proceres Literarum-  
que Aſtimatores omnes, ut ſua exoptatissima präſentia Serenifimi Nutritoris noſtri Natalitia concelebrent & Panegyriſ hanc exortent, obſervantimē enixiſime que rogamus. Gives vero Illustri Auguſtei, Juvenes Ornatisſimi atque Praefantifimi etiam non admonti ſcient atque obſervabunt ſedulo ac diligenter, qvæ ſiuarum erunt partium, & in decentiſima freqvientia aderunt ſuamque PRINCIPI SERENISSIMO ac NUTRICIO MUNIFICENTIſSIMO & pietatem & lætitiam in his Natalitiis Auguſtissimis ſubiectiſime nobiscum teſtabuntur. P.P. d. XVII.  
Februario 1393.

LEUCOPETRÆ,  
Litteris G. A. Legii, Aul. & Aug. Typogr.

Nc 885.  
40

ULB Halle  
001 556 347



3

Sb.

WAN

7.6.5





*O. D. B. V.*  
**AUGUSTA**  
**NATALITIORUM**  
**SOLEMNIA**  
**SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI,**  
**DOMINI**  
**CHRISTIANI,**  
**DUCIS SAXONIÆ, JULIÆ, CLIVIÆ AC MON-**  
**TIUM, ANGARIÆ ET WESTPHALIÆ, LANDGRAVII THU-**  
**RINGIÆ, MARCHIONIS MISNIÆ NEC NON SUPERIORIS**  
**ET INFERIORIS LUSATIÆ, COMITIS PRINCIPIS HENNE-**  
**BERGÆ, COMITIS MARCÆ, RAVENSBERGÆ ET**  
**BARBIÆ, DYNASTÆ RAVENSTEINI**  
**&c. &c. &c.**  
**PRINCIPISET NUTRITORIS NOSTRI CLEMEN-**  
**TISSIMI MUNIFICENTISSIMI QVE**  
**DIE XXIII. FEBRUARII**  
**RECURRENTIA**  
**SOLENNITERQVE CELEBRANDA**  
**INDICIT**  
**AD ORATIONEM**  
**IN ILLUSTRI AUGUSTEI AUDITORIOM MAJORI**  
**D. XXIV. FEBRUARII H. L. Q. C.**  
**AUDIENDAM**  
**ILLUSTRES AULÆ SERENISSIMÆ MINISTROS**  
**UTRIUSQUE REIPUBL. PROCERES LITERARUM QVE**  
**FAUTORES NEC NON ILL. AUGUSTEI CIVES**  
**OBSERVANTISSIME AMANTISSIME QVE**  
**INVITAT**  
**M. CHRISTIANUS REINECCIVS,**  
**SS. THEOLOG. BACC. ILL. AUG. RECTOR ET P.P.**

excipiamus fructumque na-  
tum. Ager hoc efficiet  
RL, Leucopertenfis SS. Th.  
onis laude commendatis-  
tib; obmutescere peroraturus.  
abl. Proceres nec non Literati  
audire & frequenter praesentia  
P.P.D.4 Adv. MDCCXXV.